



*Red*

E libris  
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi

a venerabili

**Carolo Funk**

theol. doctore et gymnasii direttore

a. 1857 hereditate relictis.

*G. f. 171.*



DELICIAE  
GENEROSAE ET MAGNAE DOMUS,  
HUMANITATIS COMMUNIS DELICIAE,  
ADOLESCENS TENERRIMUS,

AD OMNE DECUS SPONTE EXCITATUS,  
PARENTUM VOTA,  
PUBLICA EXSPECTATIO, AVITAE GLORIAE PROPAGATOR FUTURUS,  
IGNOTOS LAUDIS ILICO TESTES NACTUS,

COPIA IN MAGNA AEVI HUIJUS INOPIA DOTIUM,  
ÆTATIS SPEM INGENII CURSU SUPERANS,  
CHARITUM CHARIS,

ANSHELM. LUDOVICUS  
AUGUST. HEINRICUS  
DE LICHNOWSKY,

BUCOLICAE MUSAE SCHEMATE,  
QUOD BENE VERTAT ILLUSTRIS FAMILIAE!

*PUBLICO FAVORI COMMENDATUR*

A  
MAGNI AMICI CLIENTE FAMILIARI,

I. F. B.


MAGDEBURGI AD D. XIV. JULII MDCCCLIV.

104

AK







artorum pretiosa quies, o gaudia solis  
Nora piis, dulcis stupor, incorrupta voluptas,  
Ars vatum! Nondum Icarius canis arva perurit,  
Nigra nec horrifonum tremulis evibrat ab alis  
Carmen per stipulas pote ebria rore Cicada.  
Aude festiva Charitum decus edere canna!

Incipe mite melos, calamos Pan ipse ministrat.  
Tædia lenta fori, LYCIDA, Tibi discutit Hortus,  
Dum recubas liber geniali stratus in umbra.  
Pampinus adpositis innectens brachia palis  
Vestit adoptivis septum rude frondibus. Ipsa  
Chloris humum pingit, meditatur vinea botros.  
Delicias inter tales flos unicus exfat,  
Flos Tuus est, Matrem terram qui voce salutat.  
Hunc mihi jam monstres, &eris mihi magnus Apollo!

Incipe canna melos, pecoris favet ipse Magister,  
Adspirant auræ faciles, Tibi consonat Echo!  
Bassia Chaoniæ jungunt repetita columbæ:  
Ut juvat, ad niveum pennas extendere Solem  
Cum licet! aut pleno dulces fatiare penates  
Gutturè! Blanda columba, Tibi tua gaudia consent!

Non



Non equidem invideo: mea sed si gaudia noris,  
(Oscula nam libat mihi pratextatus ADONIS) //  
Invideas, credo, proprius fordescet alumnus.

Incipe dulce melos, mea canna, Parentis & iures  
Martigenæ mulcebis & altum pectus avorum!  
Multa tibi pictos exornat imago tapetas,  
Magne Pater, LYCIDA; tua læta palatia laudo.  
Cujus imago Deæ est, facie cui ludit in una  
JVNO, MINERVA, VENVS? Tria numina forma referre  
Cernitur? Est Dea, quid dubitem? Conspirat amice  
Macula vis, doctrinæ gratia, celsus honosque.  
Pascimur adspectu, species licet hæc sit inanis.  
At vivus spiransque nepotis ADONIDIS adsit  
Si vultus nobis, uno fulgebit ab ore  
Vividius decor herois parvi, decor alta  
Palladis, Argivi majestas numinis, omne  
Quod pictoris opus superat, quod pectoris artes.  
Divinæ in faciem hanc defluxit mentis imago.  
Perdat, ADONI, suum pretium mea canna sonumque,  
Ni doceat silvas Te tam memorabile nomen  
Ingeminare! Mea hæc nam tu præconia laudum,  
Parvule, & æquales tantum superare videris,  
Quantum vel Rosa plena Rosam, quæ crescit ariffis  
In mediis. Parvo Deus en hic maximus ore est!

Fistula læta fave! Sic Te pomaria tanta,  
Sic Nymphæ Satyrique leves, sic Numina ruris  
Cuncta per omne nemus tollant! Mea fistula perge!  
Promit avi LYCIDÆ generosum cella Lyæum,  
Accola quem Rhæni lautis expressit ab uvis;  
Commoditate frui vitæ monet optimus auctor  
Muneris, ecquid enim tristi mutetur aceto?  
Gratum opus hospitibus! Spectacula læta parantur  
Luminibus, Bacchi recreatur dote palatum.  
Sed nisi sit præsens, lepido fermone coronam  
Hospitii exhilarans magis, & qui vincat ADONIS  
Lætitiâ multî teneræ dulcedine lingvæ,  
Pocula tam generosa acri vertentur aceto.

Desine canna, favens votis, obrundere versu  
Incoctum LYCIDÆ generoso pectus honesto.  
Non tamen ante modum ponas, quam paupere cultu,  
Divite



Divite at adfectu, munus mea rustica Musa  
 Augusta mentis dederit Puerō. Mihi cordi est  
 Mens generosa atavos numquam mentita vetustos.  
 Pulcher (EPHEMERIDAS dicunt) liber est mihi: signat  
 PRINCIPIS EUGENII cursus & splendida facta.  
 Mole licet parvus, radiat tamen omne volumen  
 Argenti signis. Non tale sinu mea Phyllis  
 Gestat, Hymen quoties Sponsam deducit ad aram.  
 Hostibus incumbens Heros hac perdidit ora,  
 Qua sese extollunt muscoso robora trunco,  
 Qua flavent segetes, qua mollia gramina tonder  
 Armentum, & lentis amicitur vitibus ulmus.  
 Manalcas, mecum quarens per densa salicta  
 Cornutum patrem gregis, en, invenimus ambo  
 Prædam. Servamus cauti, hic qua serupea pandunt  
 Antra sinus, illinc valles cubuere reducta.  
 Jam mihi tres grandes peras, baculumque Bybassus  
 Nodosum, quernum, (magis ut mireris,) & ære  
 Munitum (torni nec gratia rara filenda est)  
 Obtulit, at frustra. Meus hinc, si crecitur, ADONIS,  
 Doctior edifcet turmas focii compefcimus ambo,  
 Quam sparsas pecudes focii compefcimus ambo.  
 Sit Tibi, magne PUER, cum munere muneris auctor  
 Carus! Avi vivas spes præsidiumque senecta!



78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.  
coll. nicht vergeben!




56.

1077

RHD







DELICIÆ  
GENEROSÆ ET MAGNÆ DOMUS,  
HUMANITATIS COMMUNIS DELICIÆ,  
ADOLESCENS TENERRIMUS,

AD OMNE DECUS SPONTE EXCITATUS,  
PARENTUM VOTA,  
AVITÆ GLORIÆ PROPAGATOR FUTURUS,  
LAUDIS ILLICO TESTES NACTUS,  
MAGNA ÆVI HUIUS INOPIA DOTIUM,  
INGENII CURSU SUPERANS,  
CHARITUM CHARIS,

LM. LUDOVICUS  
ST. HEINRICUS  
CHNOWSKY,

Æ MUSÆ SCHEMATE,  
VERTAT ILLUSTRIS FAMILIÆ!  
PUBLICO FAVORI COMMENDATUR

A  
AMICI CLIENTE FAMILIARI,  
I. F. B.

URGI AD D. XIV. JULII MDCCLIV.



AK